



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

76. An Vicarius Capituli Sede vacante absens lucretur distributiones, & in processionibus debeat habere primum locum, & honorabiliorem? Idem est dicendum quoad distributiones de electis in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

quae senza replica, estare sani; di Roma 24. d' Agosto 1601. Al piacere vostro. Il Cardinal di Firenze Multas alias declarationes adducit Barbosa de Can. c. 42. num. 47.

8. Sed non desunt Doctores pro sententia affirmativa, adducentes etiam in eorum favoreni declarationes sacra Congregationis, ut vobis est supra & inter alios recognoscet Riccius in decisione Archiepiscop. part. 4. deci. 178. per totam videlicet quibus angustiis prematur. Ego tamen magis negativa sententia adhucero, quam post haec scripta inueni docere Thenuo in decisione Archiepiscop. Olyssiponensis. tom. 1. art. 13. per totam; vbi testatur sapientius decimus fuisse, non posse Capitulum amovere ad libitum Vicariam.

RESOL. LXVI.

An Vicarium Capituli Sede Vacante absens lucretur distributiones, & in processionibus debeat habere primum locum, & honorabilem?

Idea qd dicendum quod distributiones de electis in Officialibus, & Visitatores. Ex parte 8. tractatu 4. Rel. 5.

§. 1. Negatim responderet Barbosa de potest. Episcop. part. 2. alleg. 54. n. 167. & 178. vbi faciat: Si in Choro interqueruntur cum Canonicali apparatu, ut distributiones quotidianas lucretur, debet sedere in loco proprio sui Canoniciatus, antiquiores non praecedendo. Quaranta vbi proxime, versic. 8. dubitamus in principio. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. deci. 473. in 1. edit. & resolu. 499. in 2. edit. vbi numer. 8. dicit decimum per Rotam in una Lucana Beneficij, 18. Decemb. 1579. coram Scaphinio, ead. Rot. deci. 188. n. 4. apud Larin. p. 2. recent. Vincent. Grilinz. cons. 12. Honibon. de Bonis, de humana vita statibus. p. 1. cap. 7. vers. porro Sbroz. lib. 2. q. 25. n. 17. vbi num. 2. col. 2. in telocut. quod quando non eligitur Vicarius ex Canonicali, illi in processionibus praefereatur est Archidiacoonus, seu alia dignitas maior, & prima, post Episcopum, prout eum refert Quaranta vbi proxime. Hucque Barbosa, cui addit (quod distributiones) Monetam de distrib. p. 2. q. 1. n. 8. 3.

2. Sed quod distributiones, affirmativa sententia adheretur Cenedus in qq. Can. q. 1. n. 72. docens, Se de Episcopali Vacante, Canonicalis Cathedralis Ecclesie creatus, & electos in Vicarios Generales, Officiales, & Visitatores lucrari distributiones, absentes à Choro, siem iuratione praefatorum officiorum eis assignetur statim; quia cum de iure succedant, qui sunt de Capitulo, in iis officiis consequuntur, quod tis competit. Et hanc sententiam teneret etiam Garcia de benef. om. 1. part. 3. cap. 2. n. 359. & nouissim Escobar tract. de bonis. Cap. 2. de distribu. m. 11. 8. vbi citat Calixt. Palauum, & Trullench, & Barbofam fibi contrarium.

3. Quod locum vero in processionibus, ego puto Vicarium Capituli, Sede Vacante, habere pri- um, & honorabilem locum, qui quid aliqui in favorem praefatum Archidiacooni astant; vnde no- stra sententiam tenet Merolla tom. 3. disputat. 7. cap. 7. dub. 32. num. 329.

RESOL. LXXVII.

An Vicarius Sede Vacante possit cognoscere de causis delegatis Vicario Generali Episcopi, & exequi dis-

pensiones in Matrimonij impedimentis, & literis in formam Dignum quoq. huiusmodi Vicario Episcopi solent committi?

Et quid de Vicario Episcopi electi, & confirmati a Papa, nondum tamen consecratis, & de Vicario quorundam Abbatum?

Et notarium Vicarium Capituli Sede Vacante posse exequi literas directas ad Vicarium Episcopalem sub nomine Vicarii. Etiamque posse executioni mandare literas Episcopo defuncto directas per Sacram Congregationem, & ab eo non executas. Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Rel. 29.

§. 1. **A** Ffirmariunt sententiam docuit Thomas Sanchez de matr. tom. 4. lib. 8. diff. 27. n. 32. & 33. cum Galas de leg. diff. 20. sect. 17. n. 124. qui bus ego addo duos praetissimos Theologos inclitus Academia Salmanticensis, Petrum Ochagavia de Sacr. tr. 4. & de matr. q. 11. n. 23. & Basilium Poncium de mar. lib. 8. cap. 8. §. 1. n. 13. in fine, & ratio per totam.

^{Sup contro-}
to in hac
Ref. infra in
Ref. seq. &
upr. Ref.
2. cursim in
fine §. vii.
Sed lega eā

est, quia Capitulum succedit in omni iurisdictione ordinaria Episcopale, & in omni iuri iurisdictionis cōmissione facta Episcopali dignitatibus, & Vicarius Capituli eodem modo succedit Vicario Episcopi, & eandem commissionem poterit etiam exequi Vicarius Praelati habentis iurisdictionem Episcopalem in sua Diocesis, nulli Episcopo subditu, vt Vicarij quorundam Abbatum, quia in Clem. 11. de rescriptis, dicitur Episcoporum Vicarios esse capaces delegationis a Papa concessar, vel ab eius Legato; nomine autem Vicarii Episcopi comprehenditur etiam Officialis eius, qui licet Episcopus non sit, habet tamen iurisdictionem Episcopalem. Ita defendunt & Stephanus & Matthæus sup. Clem. relati ab Imola in ea Clem. n. 19. & etiam Vicarius Episcopi illius, qui est electus & confirmatus a Papa, nondum tamen consecratus, potest easdem literas dispensationis & commissionis exequi, quia tum Episcopus & eius Vicarius gaudent iurisdictione Episcopi. Hæc Ochagavia loc. cit.

2. Sed his non obstantibus contraria sententiam tenent Garfas de benef. tom. 2. p. 6. c. 2. & n. 44. Riccius p. 1. decisi. 4. sect. 3. Bonacina de legibus. diff. 1. q. 3. punct. 8. §. 1. n. 8. & alij, attento stylo Curiae & Cancellaria, quæ Sede Vacante Episcopali non dirigit literas in formam Dignum, nec dispensationes Vicario Capituli, quia non confidit de illo, sed Episcopo vicini ori, seu eius Vicario, de quo stylo testatur Hieron. Paul. Inpræst. Cancell. in princ. ver. circa qualitatem personarum. & ita declaravit sacra Cardinalium Congregatio sub die 24. Maij 1621. afferens dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & eius Vicario generali. Sed vacare contingat, non posse per Vicarium Capitularem expediti. Et nouissime sub die 2. Augusti 1631. censu Capitulum, seu Vicarium Capitularem non posse exequi commissiones Apostolicas in formam Dignum, & alias directas Episcopo; vel eius Vicario generali intuitu officij; vel sub nomine dignitatis. Et hæc omnia doceat Barbosa de iure Eccles. lib. 1. c. 32. num. 57. cui ego addo Ioannem Mariam Nouarium in sum. Bullarum de Capitulo Sede Vacante, n. 27.

3. Non definiri tamen hic apponere quid Garfas de benef. tom. 2. p. 6. c. 2. & n. 44. obseruat Sacram Cardinalium Congregationem Episcoporum sub die 5. Februarij 1601. declarasse Vicarium Capituli Sede Vacante posse exequi literas directas ad Vicarium Episcopalem sub nomine Vicarii, & sub die 10. Aprilis 1615 declarasse d'atum Vicarium posse executioni mandare literas Episcopo sup. hoc de functo directas per sacram Congregationem, & ab eo non executas.